

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum L.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

ORACULUM SACRUM L.

Luc. XIX, 10.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ἦλθεν ὁ υἱὸς τῆ ἀνθρώπων ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλόν.

Versio Vulgata.

Venit filius hominis quærere & saluum
facere quod perierat.

Versio B. LUTHERI.

Des Menschen Sohn ist kommen
zu suchen und selig zu machen das ver-
lohren ist.

NOTE.

1. Christus dicitur filius hominis h. l. & Matth. XVI, 13. vocatur puer Esa. IX, 6. filius David Matth. I, 1. Schiloh Gen. XLIX, 10. filius virginis Esa. VII, 14. primogenitus Mariæ Luc. II, 7 Appellatur quoq; semen mulieris Gen III, 15. Semen Abrahæ Gen. XII, 18. Semen Gen. XXVI, 4. Semen Jacobi Gen. XXVIII, 14. &c.

E. Christus est verus homo ὁμοιωσθενο-
bis factus tùm quoad esentialia tùm quoad
accidentales proprietates χωρὶς ἀμαρτίας contra
Marcionitas, Manicheos, Valentinos, Anaba-
pistas.

pristis & Mennonistis Christi veram humanitatem pervicaciter negantes.

2. Hoc dictum pertinet ad secundum genus communicationis idiomatum, & Syneedochicâ quâdâ ratione concretum: naturæ filius hominis pro concreto personæ intelligi debet *contra Socinianos, Jesuitas, Calvinianos & Arminianos unionem duarum naturarum in Christo ejus, immediatum consequens, communicationem idiomatum insipientes imò pro somnio & mera fabula habentes.*

3. Aurea hæc & consolatoria Christi gnômæ nobis tale suppeditat argumentum:

Filius hominis venit quærere & servare quod perierat.

Atqui perierant non solum electi, sed etiam reprobi, atq; sic omnes & singuli homines.

E. Filius hominis venit quærere & servare, non solum electos, sed etiam reprobos atq; sic omnes & singulos homines. Vide Rom. XIV 15. I. Cor. IIX, II. II Petr. II, 2. & hæc nota *contra Calvinianos universale Christi meritum negantes.* Horum vitulâ erant Sociniani *exillimantes Christum mortuum esse solum pro hominibus illis & pro peccatis illorum, qui tempore N. T. vivunt, non autem pro illis qui ante adventum ejus in mundo vixerunt.* Sic enim Smal-

Ev
 eius scribit
 Tantum dicit
 pro illis qui
 a. Ex h
 Primava
 Q
 redempti
 Se
 torus ho
 pore or
 E.
 tum ho
 corpor
 A
 Si
 animâ
 & rede
 tur. ut
 nostru
 ternâ
 anes ne
 ros corp
 cius Ex
 ra hæc q
 credimus
 p. n. d. p.
 totus su

cus scribit Exam. CLVI. Error. Errore 74. p. 22.
*Tantum dicere volo Christum non esse mortuum
 pro illis qui ante ipsum fuerunt.*

4. Ex hoc fonte geminus ebullit rivulus.
 Primus ita fluit:

Quicquid periit hoc Christus quæsit &
 redemit.

Sed non tantum anima hominis periit, sed
 totus homo, constans animâ rationali & cor-
 pore organico.

E. Christus non tantum animam, sed to-
 tum hominem constantem animâ rationali &
 corpore organico quæsit & redemit.

Alter ita manat:

Si Christus totum hominem constantem
 animâ rationali & corpore organico quæsit
 & redemit, & quidem ideo, ut vitâ æternâ fru-
 atur, utiq; non solum anima, sed etiam corpus
 nostrum admitti debet ad fruitionem vitæ æ-
 ternæ. contra modo nominatos Socinianos infici-
 antes nos in resurrectione futura eadem habitu-
 ros corpora quoad substantiam. Sic enim Smal-
 cius Exam. Cent. Error. p. 36 scriptitat: *Corpo-
 ra hæc quæ nunc circumferimus resurrectura non
 credimus.* Volekel. lib. III. Instit. cap. XXXV.
 p. 136. disputat corpora hæc nostra à futuris ma-
 teria ac substantia longè distare.

D d N e s

Nos è PATRIBUS ORTHODOXIS adversariis
modo nominatis hac vice unum opponimus
TERTULLIANUM.

Quid dicas perisse? hominem sine dubio. Totumne an ex parte? utiq; totum. Totus itaq; salvus fiet qui totus periit delinquendo totus, nisi si & ovis illa sine corpore amittitur & sine corpore revocatur, Ita oraculum præsens rectè contra modò nominatos adversarios urget vetustissimus Latinorum Pater, quem modò nominavi lib. de Resurrect. carnis cap. XXXIV.

Quid à Patre Christus acceperat, nisi quod & induerat? hominem sine dubio, carnis animæq; texturam. Neutrum ergo eorum, quæ accepit, perire patietur: imò nec quicquam utriusq; imò nec modicum: quòd si modicum caro, ergo nec carnem, quia nec modicum nec quicquam Ita idem l. c. urget verba Christi Joh. VI, 39.

Resurget igitur caro, & quidem omnis & quidem ipsa, & quidem integra. In deposito est ubicunq; apud DEum per fidelissimum sequestrem DEI & hominum, hominem JESUM Christum qui & homini DEum, & hominem DEO reddet, carni spiritum, & spiritui carnem. Utrumq; jam in semetipso faderavit sponsam sponso, & sponsam sponse comparavit, Idem l. cit. cap. XXIII.

Omnes

Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. Si omnes & totos. Si rotos, & interiores & exteriores, i.e. *tam animas quam corpora*, ut unus quisq; reportet per corpus, secundum quæ gessit bonum sive malum. Hoc tam quomodo legas quæro quasi turbatè cum am peæ hyperbaton struxit, utrumne quæ per corpus reportanda erunt, an quæ per corpora gesta sunt. Sed & si quæ per corpus reportanda sūt *corporalis indubitato resurrectio erit*, & si quæ per corpus gesta sunt, per corpus utiq; pensanda sunt, per quod ea gesta sunt, *Idem loc. cit. cap. X.*

ORACULUM SACRUM LI.

1. Timoth. I. 15.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Πιστός ὁ λόγος καὶ πάσης ἀναδοχῆς ἀξιόπιστος, ὅτι χεῖρὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἀμαρτωλῶς σῶσαι, ὧν πρῶτός ἐμι εἶμι.

Versio Vulgata.

Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quod Christus JESUS venit in mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum.

Da a

Vero